

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 19**

**Paulus <Diaconus>**

**[S.l.], [9. Jh.]**

Dominica III post sancti Laurentii: Lesung aus dem Evangelium nach Lucas

[urn:nbn:de:bsz:31-6704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6704)

adicientur uobis. Bonum nostrum  
est & hoc appetendum. & sibi finis  
constituendus. propter quod omnia  
faciamus quae cumque facimus.

Sed quia in hac uita militamus ut  
ad illud regnum peruenire possi-  
mus. quae uita sine his necessariis  
agi non potest. Adicientur haec  
uobis inquit. sed uos regnum dei  
quaerite. Qui enim non ait  
dabuntur sed adicientur. profecto  
indicat aliud esse quod principa-  
liter datur. aliud quod super ad-  
ditur. Quia nobis in intentione  
aeternitas. in usu uero tem-  
poralitas esse debet. Et illud  
datur. & hoc nimirum ex abun-  
dantia super additur.

### DOM III POST SCA LAURENTII.

#### LEC SCILICET SIC IUCAM.

In illo tempore. Et factum est de-  
inceps. ibat ihesus in ciuitatem quae  
uocatur naim. Et reliquum.

#### LXXVI SERMO UENIR BEDI PRBI DE IADIM LECTIO

**N**AIM CIUITAS EST  
galileae. in secundo mi-  
liario thabor montis.

contra meridiem. iuxta  
endor. qui est uicus grandis. in  
quarto miliario eiusdem montis  
ad meridiem.

Et ibant cum illo discipuli eius.

Et turba copiosa. Cum autem  
adpropinquaret portae ciuitatis.  
ecce defunctus efferebatur filius  
unicus matris suae.

Defunctus hic qui extra portam  
ciuitatis multis est inuentibus  
elatus. significat hominem loe tali  
criminum funere soporatum.

Eandemque insuper animae mor-  
tem. non cordis adhuc cubili tegan-  
tem. sed ad multorum nocturnam  
per locutionis operisue. indicium.  
quasi per suae ostia ciuitatis pro-  
palantem. Quibus bene filius uni-  
cus matris suae fuisse perhibe-  
tur. quia licet emultis collecta  
per sonis. una sit perfecta &  
inmaculata uirgo mater eccle-  
sia. singuli quique tamen fideli-  
um uniuersalis se ecclesiae filios  
rectissime fatentur. Nam  
& electus qui libet. quando ad  
fidem imbuitur. filius est.

Quando alios imbuit. mater.

Annon materno erga paruulos  
agebat affectu. quia ait. Filioli  
mei quos iterum parturio. donec  
formetur christus in uobis. Portam  
ciuitatis quae defunctus effere-  
batur. puto aliquem defensibus  
esse corporeis. Qui enim semi-  
nat inter fratres discordias.  
qui iniquitatem in excelsum  
loquitur. per oris portam extra